

ORIGENES Adamantius dicere solitus erat, Veritatem non A idcirco partes suas omittere debere, quia eas sibi praveniens falsitas vindicaret. Philosophiam Græcorum notans, quam cum Christianismo, & doctrina veritatis confert. Euseb. lib. 6. c. 10. Eccl. lib. 6.

PAPIAS audiens, multorum clamoribus Dei veritatem la- cerari, atque suspectam reddi: Non multa dicentibus in- quit, sed vera tradentibus auscultandum. Euseb. lib. 3. cap. 59. Eccl. lib. 6.

Veritate autem duce virtutum omnium crescere cohortem, suo dicto testatus est Illustris. Card. Aldobrandinus, cuius vo- ce sapè tota Urbs exultavit, dicebat enim: Paucorum est veri- tatem aspicere, multorum despiciere, altero ignarus, altero mor- debat improbos. Ita Heraclius olim Aram veritatis inantro, Democritum in puteo collocavit. Hon. Farnes. Suprà.

Veritas autem filia temporis olim habita, promptam sui re- quirunt obedientiam. Rogatus autem idem Cardinalis, cuius rei iucundissimus nuntius principi adferri possit, respondit: Veritatis. At nihil infelicius in Principum aulis, quam quòd eis veritas occultetur. Ibidem.

Hinc summo dolore tactus Ludovicus XII. Rex Christia- nissimus, dum se in aula omni re abundare gloriaretur: Una tamen, aiebat, mihi deest, de qua dum inquireret familiarium quispiam, respondit: Veritas. Quam miserum esse Imperato- rem, apud quem vera reticentur: qui cum ipse publice ambulare non possit, necesse est, ut audiat, & audita ab aliis confir- met. Franc. Patricius de hist. Dial. 5. Beyerlinck Suprà.

ALPHONSO Regi Arag. illud crebrius in ore: Veritas licet omnibus conveniat, Principum tamen præcipuum esse debet ornamentum. Item, tantum valere debere unicuique Principis verbum, quam privatorum Jusjurandum. Ex Ant. Panorm. l. 1. de Gest. ejusd. Beyerlinck Suprà.

Laudantur itaque non immerito Principes, quibus cum veritas occultetur, eam quovis actu per seipos assequuntur. Jure ergo hunc Ducem suo Epigrammate extulit Georg. Sabinus, poeta clarissimus, quod hic inferere non ads te fore visum. Ita enim se habet:

Sapè rades intermutata veste colonus, Noricus agricola Dux faciebat opus. Nunc pascebat oves, nunc gramina false secabat, Cetero proficiscens nunc sublegebat bimum. Et simul illot de se sermone, rogabat Plurima: nempè quibus moribus ipse foret. Justus an exigere panas à fontibus ulior: Debita conferret præmia nummo bonis. Quarentis verò causam, cur Regibus ortus Principis, agricolam se simularet; ait: Me juvat à rudibus cognoscere vera colonis: Servit adulatrix auribus aula meis.

PHILIPP. Camer. Medit. Hist. c. 90. pag. 444. PROLEMÆUS Rex cum quendam ex septuaginta Interpreti- bus interrogasset, qua ratione veritatem colere posset? Respon- dit: Si primum statueris, magnum dedecus esse omnibus hominibus mentiri; multo vero magis Regibus, qui cum habeant potestatem agendi, qua velint, cur mentiantur, non habent. Deinde si hoc etiam consideraveris, Deum esse veri- tatis amatorem. Arist. l. de 70. interpretum versione.

\* HIEROGLYPHICA. Aegyptii veritatem ex humano corde gutturi appenso isoposopus indicabant, de quo vide prolux apud Pier. Val. l. 41. pag. 395. C.

D Sol veritatis est hieroglyphicum, qua ratione videlicet is solus, & unus est: duplicia enim, & multiplicia sunt veritati contraria. Simplex igitur sit necesse est, quod verum censeri deceat. Pier. Val. lib. 44. pag. 430. F.

Quod si etiam Aegyptii Pomum Persicum adhaerescente fo- lio uno tantum pinnis, Veritatis id lignum erat: quippe quod ea species linguam cordi conjunctam ostendit, ac perinde fermo cordis ipsius penetralia adaperiat, non aliud quippe sen- tiat, aliud proloquatur. Pier. Valer. l. 54. pag. 527. F. Vide Fallacia, Fucus, Mendacium.

EMBLEMATA. HIPPOCRATES Epist. ad Philopæmenem, veritatem depin- git, quasi mulierem pulchram, magnam, cultu simplici, to- tam splendidam, & illustrem, cuius oculorum orbem claro lu- mine micabant, ut stellarum fulgorem imitari viderentur. Cornel. à Lapide in cap. 18. Exod.

Habebat autem Antiquitas illam ceu temporis filiam, & virtutis matrem. Romani verò illius parentem statuebant Sa- turnum; unde non nisi Tempore, & Saturno assistentibus eam

exprimebant. Causam subdidit Plutarchus in quest. An inquit, quod ut Philosophi putant Képor xépor, id est, Saturnum B tempus esse: veritas vero tempore invenitur, an vero, quod Saturnus iustissimus fuerit, & veritatem imprimis colerit? Proverbum est, Veritatem in lucem agere, & adducit dies. Ac Girald. Syntagm. testatur, Iudices olim defunctos ita ex- culptos fuisse, ut ex eorum collo penderet ad pectus suspensa veritas, subnutans oculis. Et in veteri Rationali Pontificis poni debebat Doctrina, & veritas, quando ingrediebatur taber- naculum, ut constat Exod. cap. 28. vers. 30.

Legatur Giraldus Syntagm. i. historie Deorum, ubi multa de Veritate.

\* AGNITIO VERITATIS IMPUGNATIO.

Inter peccata, quæ communiter dicuntur committi, in, five adversus Spiritum sanctum, sunt ea, quibus Spiritus Sancti dona contempti habentur, aut alteri adscribitur etiam numeratur agniti, claræque propositæ veritatis impugnationi; & fit, quando de fidei, & religionis negotio veritas non ex igno- rantia, sed ex malitia studiosè oppugnatur, ut hinc veritatis Catholica lædatur sinceritas.

Pharisæi audientes dixerunt: Hic non eicit demones nisi in Beelzebub principe demoniorum. Matt. 2. Hinc peccato idem Pharisæi obnoxii fuerunt, quibus nihil carius fuit, quam malignè, & falso Christum blasphemare, & veritatem doctrinæ eius insectari, cum tamen ex legis, & Prophetarum doctrina facile cognoscere poterant, ipsam verum esse Messiam, ejusque doctrinam. Joann. 7.

Eodem modo etiam peccabant Judæi cæterique Magistratus templi Jerosolymitani, quando contra suam ipsorum con- scientiam, doctrinam Apostolorum Christo testimonium reddentium conabantur opprimere, cum tamen manifestissi- mis miraculis, & ipsa luce clarioribus fidei doctrinæ veritatem comprobarent. Act. 4.

Veritatem impugnant hæreticorum Ministri, qui docent mendacia contra verba sacrarum scripturarum: eadem contra expressas SS. Patrum interpretaciones interpretantes: menda- citer etiam suam falsam doctrinam eorundem SS. Patrum dictis, & sententiis probare nituntur, quas mutilant, & medias reci- tant, relicta alia parte ex earundem sententiarum.

DE VERITATE CELANDA. Multa ex proposito Lector studiosus de hoc argumento reperiet in loco de Simulatione, ubi de mentali, quam vocant restrictione nonnulla traditur. Videatur etiam locus de Mendacio.

ARCHIEPUS Abbas in quadam Nili insula inter Solitari- os solitariam vitam ducens, fuit eo accessisset ejusdem propositi cupiditate accensit, confinxit fidei de eodem loco velles discendere, ac illis cellulam fimum velundæ migraturus os- ferre, sese id facturum, etiam si minimè adfuerint, affirmans. Quam rem illi commotationis desiderio accensit, & assertio- nibus tanti viri indubitatis accomodantes fidem libenter amplexi, cellulam cum omni fupellectilibus, utensilibusque suscep- erunt. Itaque religiosa potius circumventione, paucis die- bus, quibus construenda cella pararet impendia, de loco dis- scedens, reversus post hæc aliam sibi fimum labore constru- xit. Quam rursum non longo post tempore, aliis supervenien- tibus fratribus, eodemque desiderio cupientibus ibidem com- morari, simili charitatis mendacio circumventis, cum uni- verso tradidit instrumento. Ipse vero erga opus charitatis in- stigabilis perseverans, tertiam sibi cellulam, in qua rema- neret, extruxit. Joann. Cassian. l. 5. c. 37.

\* Vermis. Vermicularis morbus. Quæ & vermitationem, & Stipiæ Græci appellant.

Vide in loco de Pediculis. Ubi de hoc morbo multa.

\* Vernæ. Vide Serp.

Dicuntur autem Vernæ, qui ex servis domi nascuntur, quos Græci appellant oikopias, quod nomen illi adha- sisse tradit Baldainus lib. 11. Infit. Justinianus. 20. de legat. ex eo quòd olim in magnis Reipub. casibus Ver sacrum davebant

vebant. Quo vito quidquid ex fuis, ovibus, bobus, intra A Calendas Martias, & Idus Majas apud quemque natum, edi- tumque fuisset, continebatur: Itemque ex servis nati. Sed quia eos immolare inhumanum videbatur, velabant adultos, velatofque finibus exigebant, credentes eos ita expiari. Pos- sèta vox latius accepta, pro omni eo qui servus nascebatur apud nos.

Vesicæ affectus.

Vide locum de affectibus partium corporis. Vulnere, ibid. Mortui ex Loco de Morte.

\* Vespillones.

QUINAM DICUNTUR?

VESPILLI dicitur vilis cadaverum funerator, ita dicitur, quod tempore vespertino mortuos effert, qui propter inopiam cum pompa non poterat de die efferti. Græcè vespillones, B nunc eo nomine appellantur quivis funerum portitores, qui ex officio, aut conducto id præstant: ut sunt apud Belgas, & alibi Alexiani, quos & Sellitas nominant; quorum functio est circa inhumationem cadaverum. Quamvis in celebriori- bus locis, & diuitax operam suam impendant illis, qui ut fortunas sunt tenuiores, aut contraq; aliqua lue occum- bunt, ac de nocte tumulandi veniunt. Martialis l. 2. Qui fuerat medicus, nunc est Vespillo Dianulus.

Vide in loco de Mechanicis operis in hominibus agentibus. Titulo. Qui mortuum curant, gestant, &c.

Vesta. Vestales.

\* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

VESTA à veteribus magna veneratione culta fuit, nunc eam terram, nunc ignem existimantibus, ut docet Au- gust. lib. 4. de Civitate, & sic à Græcis appellatur. Et quidem de Terra scribit Ovid. in Fastis. Vesta eadem est Terra, subest vigil ignis utriusque; Significat sedem Terra, focusque suam.

Et paulo post. Stat vi terra sua, vi stando Vesta vocatur. quasi quod flet mole sua, & in mota libere. Alii tamen, quòd variis vestitur herbis, & floribus, ita Servius l. Aeneid. Vestam autem ignem esse iterum Ovid. declarat.

Nec tu aliud Vestam, quam vivam intellige flammam. Adnotat vox Græca, que vocat focum, five ἑστῆος appel- latur. Cicero l. 3. de leg. Cùmque Vesta quasi focum urbis, ut Græco nomine est appellata, complexa sit, & iterum l. de nar. Deor. Vesta nomen in sumptum à Græcis, ea enim est, quæ illis via dicitur; vique ejus ad aras & locos pertinet.

Pocæ eam Saturni, & Rheæ filiam voluit, cujus forores sint Ceres, & Juno: fratres Neptunus, Pluto, Jupiter. Ita Aufonius. Vesta, Ceres, & Juno, focus muliebre, forores. & Ovid.

Ex Ope Junonem memorant, Cereremque creatam, Semine Saturni, tertia Vesta fuit. Ops enim eadem quæ Rheæ.

SCRIPTORES DE VESTA, ET VESTALIBUS. D Scripsit de Vesta, & Vestalibus ex professo breve Syntagm. P. C. Jusus Lipsius. Item Giraldus lib. 4. historie Deorum. Alexand. ab Alexand. lib. 5. cap. 12. Pothorius lib. 4. c. ult. de Inventione, quorum laboribus in sequentibus utamur.

VESTALES MINISTRÆ. Habuit Vesta suas ministras, quæ idcirco Vestales nuncu- pate, atque virgines esse oportebat. Cujus rei duplex causa in Ovidio: Prior, quòd Juno, & Ceres forores Vestæ.

Utraque nupservit: ante peperisse servavit: Resistit impatiens de viribus una viri. nempe hæc Vesta, Ergo.

Quid mirum virgo, si virgine leta ministra, Admittit castas in sua sacra manus? Altera causa, quòd Vesta Ignis, qui nihil gignit, Natæque de flamma corpora nulla videt.

Jure igitur virgo est, quæ semina nulla remittit, Nec capis: & comites virginitatis amat. CICERO & duas alias dedit: Vestæ colendæ, inquit, vir- L. B. Theat. vir. Haman. Tom. V. 11.

gines præfunt, ut ad vigiletur facilius ad custodiam ignis: & sentiant mulieres, in natura feminarum omnem castitatem peti. Advigilent facilius, quare? quia libera à viro, prole, aliis curis Castitatem peti, quomodo? cum virgines placent. Diis vident, ipsæ, pro parte sua quæque sint castæ.

\* EARUM SUSCEPTIO. Romæ obtinuit, ut parva, & tenera ætate per sortem cape- rentur, certæ pudicitia, & vitii expertes. Labeo Antistius scripsit, minorem quàm annos sex, majorem quam annos decem natam, capias non esse. Prudentius, aspiciat.

Ac primum parvæ teneris capiuntur in annis, Ante voluntatis propriæ quàm libera seffa Jussa maritandi condemnet vincula sexus. Et Augustus apud Suetonium c. 31. Cùm in demortua Ves- talis locum aliam capi oporteret, ambirentque multi, ne fi- lias in sortem darent, adjuravit, si cuiusquam neptium sua- rum ætas competeret, oblaturum se fuisse eam.

Formam, qua suscipiebantur, indicat Gellius lib. 1. cap. 12. Verba Pontificis sunt, Amatam Vestæ Sacerdotem capitatis: Sacerdotem Vestalem, quæ facta faciat, quæ iusti, & Sacer- dotem facere pro pop. Rom. Quiritibus, uti quod optima F lege fiat, ita te Amata cupio.

\* NUMERUS. Numa in universum quatuor eas instituit, cepitque, Gega- niam, Veraniam, Canulejam, Tarpejam: uti nomina hæc à Plutarcho produciuntur.

Duas dein alias Servius Tullius addidit, ut Plutarchus; five ante cum potius Tarquinius Priscus, ut Dionysius adscribit, & addit ad suam ætatem cum numerum sic mansisse. Quo fortasse Valerius inspicit, eum de hoc Tarquino: Dilata- vit imperii fines, cultum deorum novis Sacerdotibus auxit. Neque enim legere memini, de aliis ab eo Sacerdotibus in- stituitis.

Cæterum de numero isto etiam Festus: Sex Vestæ Sac- dotes constitutæ sunt, ut populus pro sua quique parte ha- beret ministram sacrorum: quia civitas Romana in sex est distributa partes, in primas, secundosque Titienles, Ramnes Luceres.

Alter unus Ambrosius epist. 2. contra Sym. qui septem eas facit. Quot tamen, inquit, illis Virgines præmia promissa fecerunt? (puto, ferunt, legendum) vix septem Vestales capiuntur puellæ.

\* MODUS CAPENDI. Capi dicebatur virgo Vestalis. Causam dat Agellius: Ca- pi, inquit, virgo propterea dici videtur, quia Pontificis Maxi- mi manu prehensa, ab eo parente, in cuius potestate est, ve- luti bello capta abducitur.

Cepit primas ipse Numa: & ut Dionysius ait, jus deinceps capiendi voluit apud reges esse. At pulsus regibus, Pon- tificis maximum in locum venit: sed non licetia proventus electio- ne, legibusque suis adstricta.

Papia lege Pontificis Max. arbitrato olim 20. Virgines à populo legebantur, sortitioque ex eo numero in concione fie- bat. At postea si quis honesto loco natus Pontificis suam offerret filiam, gratia Populiæ legis admittitur. Minor an- nis 6. major 10. capi fas non erat. Item qua non esset patrimii, & matrima. Item qua aliqua corporis parte manca, aut dimi- nuto sensu. Item qua vel utroque vel altero parente serva nata esset: ita. Gellius ubi supra.

Sortitio tamen etiam adhibita, ut quasi divinitus legi, excerp- tique videretur, quæ ita capiebatur. Sed non semper ea ad- hibita fuit. Oblatio locum habebat, & talis (si apta) præfe- rebatur, Sic enim Agellius: Si quis honesto loco natus adeat H Pontificem Maximum, atque offerat ad Sacerdotium filiam suam, gratia Populiæ legis per Senatorem fit. Omittitur scilicet, S. C. interveniente, sortitio.

Formam supra tradidimus.

DISCIPLINA. TEMPUS MINISTERII. ORDO.

Sic jam capte deducebantur in atrium Vestæ, atque ibi à senioribus ad ritus, & ceremonias omnes (pulchre erant) in- structæ. Nam in tres velut classes, & si parvis hic numerus, dividebantur: discentium, exercentium, docentiumque. Seneca de vita beata, c. 19. Virgines Vestalium more, quæ annis inter officia divitis, discunt facere sacra, & cum didice- rint, docent.

Dionysius etiam distinctus: Tempus tricennale manere eas oportet, castas, & à nuptiis vacuas, sacra ex more facientes, quo tempore decem annis discere debent, decem facris operari, de- cem docere. Pulchra divisio: & eadem alibi in Plutarcho. Ggg Itaque



Licina, una e Vestalibus. Plut. in Græcibus.
A Ubida Vestalis, quam Messalina misit ad placandum Claudi-
dium Imp. maritum suum. Suetonius.

Vestis. Vestimentum.

Vestis, sive Vestimentum Græcis dicitur ἄδην, & ἰνδύου.
Hebraeis Begedib, quod amplam vestem significat.
Dicitur & Lebusch, unde Græcum λέβη, & ἰνδύου, indumentum.
Definiunt autem Jurisconsulti vestem esse quidquid indu-
duendi, præcingendi, amictiendi, infernendi, tegendi, accu-
bandi gratia paratur, sive id laneum, sive lineum, sive sericum
fuerit, sive ex pellibus constitit. Sunt qui inter vestem, &
vestimentum interesse tradant, quod vestes velint nomen esse
generalius quidem, sed tamen significare id quod propriè ve-
stium vocabulo apprehendimus. Vestimenta verò etiam se
extendere ad omnia quibus corpus obtegi potest, sive scorta,
sive frondea, sive sint palcatia, quin Ador. cap. 12. vers. 8.
cum Angelus dixit Petro in carcere. Circunda tibi vestimen-
tum tuum, ἰνδύου, Græcè, intelligunt vestem superiorem,
B seu pallium.

Dicitur autem vestis, ut Varro placet, à velando, quod
corpus tegat, sive vellet.

\* ORIGO, ET FINIS VARIUS.

Prima vestium origo à peccato protoplastorum sumpta fuit,
quando erubuerunt propter praves motus concupiscentiæ rati-
onis, rebellantæ, quos, spoliat jam iustitiæ originalis regu-
mento, sciebant, unde & fecisse sibi leguntur perizonata, id est,
cingula lumbaria, seu ventralia subligacula, ut partes
inhonestas tegerent, quæ Irenæus siculnea fuisse arbitrat,
adeoque instar cilicij, quia sicum folia pungunt. Videtur
ille lib. 3. e. 37. Ambrosij, lib. de Paradiso e. 13.

Manerunt igitur toto corpore nudi, prout Adam ipse Deo
dicit se timuisse, eò quod nudus esset. Unde sequitur vers. 21.
Gen. cap. 3. quod Deus Adæ, & uxori ejus fecerit tunicas pel-
liceas, quæ verba propriè, ac litteraliter veniunt intelligenda
de tunicis pellitis propriè dictis, uti docet Augustinus, lib. 11. de
Genes. ad lit. c. 39. non verò de corporibus mortalibus, ut
C Origenes neque de corticibus arborum, ut sentit Gennadius,
quæ non aequè facile fuerit Deo, Angelorum ministerio ex
pellibus, quam corticibus vestem conficere. Hebraicum enim
ἰνδύου, Latini pelles interpretantur. Oportebat autem ait
Origenes, hom. 6. in Levit. talibus indui peccatores, quæ essent
mortalitatis, quam acceperat primo peccato; & fragilitatis, quæ
ex carnis corruptione veniebant, indicium.

Non ergo primus vestium usus ad ornatum, aut luxum de-
ferri, sed ad necessitatem duntaxat, ut iis nuditas velaretur,
ac injuriæ aeris repellerentur. Unde & symbolum erant fru-
galitatis, & continentiæ, immò & poenitentiam, quamvis etiam
monerent primæ illæ vestes hominem mortalitatis, ut Augu-
stinus libro 2. de Genes. cont. Manich. cap. 1. Sunt ergo vestes
mili aliud, quam nota, & stigma peccati, perinde ut compedes,
& vincula maleficorum, quæ licet aurea sint, vel gemmea,
qualibus Darius Rex vinciebatur, manent tamen vincula,
nec à materia originis suæ primordia nobiliora reddunt.

Primus itaque, & necessarius finis vestium est fovere cot-
pus, & adversus injurias aeris defendere. Secundus, qui ho-
nestus dicitur, est tegere naturam verecunda. Tertius ornare
D hominem secundum suum statum, aut vocationem. Quartus
distinguere sexum, ordinem, ætatem. Denique efficere adspe-
ctu delectabilem, quomodo mulieres, ut viro suo placeant,
aliquid superaddere possunt decentis ornati sui status, quam-
vis postremus finis proprius minus præstat.

\* USUS.

Cum vestimentum sit velut operimentum, sive velamen nu-
ditatis, est passim receptus illius usus apud omnes nationes,
in quibus est verecundia, & naturalis pudor, ac aliqua etiam
Religionis, & rationis scintilla. Unde passim omnes aliquo
operiuntur, nisi omnino sylvestres sint, & corpore histuti,
bestiarum more viventes; vel toto corpore, vel aliqua illius
parte. Quomodo apud Brasilienses, quamvis vulgus nudum
vagetur toto corpore, tamen qui inter illos sunt nobiliores,
vestibus se cooperiunt, & Pictacorum, aliarumve avium plu-
mæ contextis, & subsectis, quales modo frequentes in
Europam per Hispanos advehuntur. Atque ex istdem etiam
plumis caput ornant, & armillas brachiis aptant, verum
non nisi umbilico tenus ad genua vestes dimittunt. Orosius
libro 2. de reb. Emmanel. Quamvis nunc conversatione, cum

Europæis, & aliis nationibus inita, vestimenta cum huma-
nitate, & moribus mutaverint, quæ parte saltem Catholico
Regi parent.

Qui verò alibi panno, aut lana, linove carent, nec enim
omnis fert omnia tellus; & animalium pellibus sic-
catis, quibus abundant, nuda corporis regunt, & acris inju-
riam à se arcunt, cum sola in versione, tam hyeme quam æsta-
te de illis sibi valeant servare. Sunt etiam, qui è foliis arborum
vestes contextunt: cujus generis fuit illa, quam præ quavis
purpura Regum eligebat S. Hieronymus; & cujus fit mentio in
vita S. Pauli Eremitæ, ut quam sibi is ex palmæ foliis con-
ferat. Vide infra quadam in particulari.

USUS NULLUS.

Vide infra.

\* VARIA GENERA.

Vestimentorum varietas non ab una aliqua re desumitur.
Primum enim illam inducit materiæ, ex qua, conficiuntur,
diversitas; ita dicuntur lanea, lanea, byssina, pellea, fron-
dea, &c.

Secundo eam inducit formæ inæqualitas, quæ apud qua-
vis nationes, non una, cum etiam ad distinctionem vestimen-
ta inventa sint. Ita secundum Isidorum in Etymolog. propriæ
vestes Parthorum, Sarabatæ, fluxa, & sinuosa vestimenta;
Gallis linæ, saga quadra mollia; Germanis, rhanones, vela-
mina humerorum, & pectoris usque ad umbilicum, atque in-
tortis villis hispida, ut imbres respuant, quibus qui circa
Rhenum fluvium degunt, maxime utuntur, unde dicta hæc
vestimenta Rhenones: Hispani propria, striges, Sardis Ma-
struce, quibus in ferarum habitum transformantur; unde
monstruæ quasi monstrorum nomines habent ex pelliculis fera-
rum contextæ.

Alia varietas ab usu ipso, ut putà secundum varios ordines,
aut gradus: ita alie sunt vestes Imperatorum, Regum, Pon-
tificum, Senatorum, Plebejorum, Doctorem.

Item secundum distinctionem ætatis, & sexus, sic alie pueris,
adolescentibus, senibus; alie mulieribus, virginibus, vetu-
lis, alie viris conveniunt, de quibus infra particularius.

LAZARUS BAYFUS initio libelli sui de vestibus scribit: G
Vestimenta omnia, aut virilia sunt, aut puerilia, aut muliebria,
aut communia, aut familiaria.

Virilia sunt, quæ ipsius patrisfamilias causa parata sunt,
veluti togæ, & tunice, palliola, vestimenta, stragula, amphit-
apa, & saga, & reliqua similia.

Puerilia sunt, quæ ad nullum alium usum pertinent nisi ad
puerilem, veluti togæ prætextæ, alicubi & chlamydes, pallia,
quæ filius nostris comparamus.

Muliebria sunt, quæ matrisfamilias causa parata sunt, quibus
vir non facillè uti potest sine vituperatione, veluti stola, pal-
lia, tunice capita, zone, mixtæ, quæ magis capitis tegunt,
quam ornandi causa comparata sunt, plagula, penula.

Communia sunt, quibus promiscuè utitur mulier cum viro,
veluti si ejusmodi penula palliumque est, & reliqua hujusmo-
di, quæ sine reprehensione, vel vir vel uxor utatur.

Familiaria sunt, quæ ad familiam vestendam parata sunt:
sicut saga, tunice, penulæ, lintea vestimenta, stragula, & cæ-
tera similia.

VESTIMENTA OPIFICES.

Vide Saxones.

Vestimentorum artifices ponit Plautus in Aulular. Stat sul-
lo, phrygio, aurifex lanarius, cauones, patagarii, industrii,
flammearii, carinarii, violarii, aut manularii, aut mureobatrarii,
propolæ, lintcones, calceolarij, sedentarii, futores, diabatarii,
fullones, farnicatores, stropharii, femizomarii, olearii, molo-
chinarii, textores, limbularii, acularii, insectores, cocotarii.
Ubi nugigerulis res soluta est omnibus, tum mihi æquum est
purpuram, atque aurum dari. Nugas vocant, quæ ad mun-
dum muliebrem faciunt.

VESTITUS IN GENERE.

Indi dissimiles habitus corporis mira specie variantur. Nam-
que alii nudi agunt, nonnulli piscium, ferarum, aut avium
pellibus amicti sunt: perique lino, multi lana vestiuntur,
alii in cultu corporis ita accurati, ut faciem colorum pin-
gant, candidam vestem induant, aurum gestent, lapillique
orientur. Alex. lib. 5. cap. 18. ex Strab. lib. 15.

Persæ crassiore utebantur vestitu, laxa, & fluxa cinctura, &
nonnunquam stola etiam Semiramidis, sive Medice, cum ar-
millis, & torque. Alex. lib. 5. cap. 18.

Babylo-

Babyloni duabus amictum tunicis, una linea usque ad
A pedes demissa, altera super hanc lanea: postremo candida, &
brevis penula circumdatur. Calceos gerunt gentis more, &
brevi simillimos. Capita habentes comata mitris redimant,
unguentis toto corpore delibuti. Annulum signatorum sin-
guli gestant, & sceptrum asfæbræ factum, cui superstat aut
malum, aut rosa, aut liliolum, aut aquila, aut aliud quippi-
am: Nam absque insigni gestare sceptrum, ipsis nefas est.
Herod. lib. 1.

Carthaginenses distinctos, postremos homines ducebant
Aphrorum peculiaris mos, fluxa tunica & distinctos incedere.
Alex. lib. 1. cap. 20.

Strabo Geographiæ lib. 4. tradit insulas esse x. in Oceano
Gaditano, nomine Cassiteridas, quarum una prorius inculta
fit, in reliquis habitare homines colore fusco, tunicis uten-
tes ad talos usque demissis, pectoribus singulo obvinctis, ha-
culos manu gestantes, in summa perimiles furis tragicis.
Quibus ex verbis apparet, hoc habitum furias in tragædiis in-
duci solere. Eras. in Adag.

Quibus primò Romani cives sine tunicis sola toga amicti
forent, postea substrictas, brevifque tunicas citrà humerum
desinentes habuere. Talares verò, & manicatas (quas Græci
B chirodotas vocant) aut distinctas induere, pro flagitio fuit:
quod erat barbaris proprium, talares ferre, & manicatas tuni-
cas. Ideò Emilianus Pauli filius, P. Sulpicio Gallo, quod tuni-
cis manus totas operientibus uteretur: & Cicero Verri;
quod cum talari tunica, & pallio purpureo incederet, ut pro-
bram objectavit. Quæ quidem tunica toga tegebatur, sæpius
prætexta. Intra tunicam intertula, quam subuculam dixerunt,
carni proxima, æquè à viris, & mulieribus nullo discrimine
furnebatur. Nam postquam binas tunicas Romani habere
coeperunt, Varro ait, interiori in situ visse vocare subuculam,
& indusiam. Prætextam verò, supra tunicam quisque hono-
ratus, & nobilis habebat: quam quidem pueri patricij ali-
quando purpuream induebant. Eam prætextam ad virilem
ætatem pueros deferre licuit: post pubertatem verò, in septi-
mo, & decimo ætatis anno, dimissa prætexta, togam indu-
bant, aliquando putam, nivei candoris, quæ virilis dicta est.
Eam tamen in quarto, & vigesimo à multis sumptam comperi-
tus, sæpius in decimo quinto, & sexto, & decimo. Quippe
Augustus Octavium annorum sedecim, & Cæsar Cæsar in
undevigesimo. Nero autem vix dum pubescens, togam viri-
lem sumptam ante tempus, quò maturus Imperio videretur.
Divus quoque Antoninus Philolophus, & ex Cæsaribus com-
plures, in quinto decimo virilem desumpserunt togam, tunc
cum præcepit, & lubrica juvenum ætas videbatur. Togam su-
pra prætextam nonnunquam patricij sumebant, eum plebei
sine prætexta, simpliciter amictiuntur: vestem toga erat
plebejorum, & infimi ordinis, prætexta honestorum, & nobi-
lium. Idipsum quoque circa mulieres servabatur: nam tota
prætexta in usu promiscuè tum virorum, quam mulie-
rum, noturumque, ac diurnum indumentum fuit, sicut pan-
niolum, & penula. Alex. lib. 5. c. 16.

Germani sago cum fibula; aut si desit fibula, spina conferta:
locapletes verò stricta veste, singulos artus exprimentes.
Alex. lib. 5. cap. 10. ex Tacito.

Pagus est Bojarie in Norico, ad Maticham flumen inter
Juvavum, Oemumque amnes, Maurkirchen vocant, in tem-
plo duo equites, gypho cocti, positi conspiciuntur, Franco-
rum veterum vestitu: calcamentis utrinque lora trium cubi-
torum imexa sunt: tibialia, feminalia, linea, ac vermiculata
fasciis ejus coloris confringuntur. Atque hæc omnia lora
superiora cancellis intendebantur. Extremum vestimen-
tum paludamentum quadrangulum cæruleum, & duplex,
quod humero injectum, lateribus utrinque patet: ora ejus
prioris, posterioreque usque ad calcem, plantamque perveniunt.
Acon. lib. 4. Annal. Bojorum.

VESTITUS IN SPECIE.

RESPECTU

Ætatis.

Ex Tarquinij Prisci regis Romanorū instituto, Pueri patricij
bulla aurea cum toga, cum purpurea prætextur, utebantur,
duntaxat illi, quorum patres curulem gesserant magistratum,
illamque, exacta pueritia, solemniter festo Laribus suspendebant:
Cæteris, ut prætextam tantum uterentur, indulum: sed usque
ad eos, quorum parentes equo stipendia iusta meruissent.
Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 6.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

Apud Arabes, & Carthaginenses femine non modò reli-
gionis, sed honestatis causa caput, & faciem velabant, quod
velamen pro galea illis esset. Tertullianus, qui de ea re librum
scripsit. Polyb. lib. 4. cap. 13. de Re invent.

Matronæ & spectatæ pudicitia mulieres, nisi nigro capillo,
& longè, lateque fusa toga ad talos demissa, stolaque, flammæ,
& ac vittis, & reticulo, quo capita velarent, utebantur: cum me-
retrices flavum capillum haberent, & togam subduciorem
absque flammæ, & vitta: quam togam virilem, quæ adulteri
crimine damnata erant, dimissa stola, sumere cogebantur:
namque meretrices prostabant cum toga, & stolis pullis, qui-
bus etiam canthino, & cocco uti, inhibuitum est. Fuit aliquan-
do mulieribus veitum, ne versicolore veste uterentur, lege
Oppia: quod etiam à Nerone factum memorant, quod muli-
eribus amethystini, & Tyrii usum interdixit. Quæ quidem
stola plebeiis, quamvis honestis, non dabatur: liquorem patri-
ciorum, & grandes natu matres, illam honoris causa deprec-
bant: erat enim ad imos pedes fluxa, quam instita contexta
ambibat. Alex. lib. 5. cap. 16.

Ordinis, Professiois.

Quod discriminis inter patricios, & plebejos purpura facie-
bat, ut distinctum utrumque ordinem notare, hoc nimirum
inter patricios, & senatores laticlavus, & tunica latorie
purpura efficiebat. Ideò Emilianus Pauli filius, P. Sulpicio Gallo, quod tuni-
cis manus totas operientibus uteretur: & Cicero Verri;
quod cum talari tunica, & pallio purpureo incederet, ut pro-
bram objectavit. Quæ quidem tunica toga tegebatur, sæpius
prætexta. Intra tunicam intertula, quam subuculam dixerunt,
carni proxima, æquè à viris, & mulieribus nullo discrimine
furnebatur. Nam postquam binas tunicas Romani habere
coeperunt, Varro ait, interiori in situ visse vocare subuculam,
& indusiam. Prætextam verò, supra tunicam quisque hono-
ratus, & nobilis habebat: quam quidem pueri patricij ali-
quando purpuream induebant. Eam prætextam ad virilem
ætatem pueros deferre licuit: post pubertatem verò, in septi-
mo, & decimo ætatis anno, dimissa prætexta, togam indu-
bant, aliquando putam, nivei candoris, quæ virilis dicta est.
Eam tamen in quarto, & vigesimo à multis sumptam comperi-
tus, sæpius in decimo quinto, & sexto, & decimo. Quippe
Augustus Octavium annorum sedecim, & Cæsar Cæsar in
undevigesimo. Nero autem vix dum pubescens, togam viri-
lem sumptam ante tempus, quò maturus Imperio videretur.
Divus quoque Antoninus Philolophus, & ex Cæsaribus com-
plures, in quinto decimo virilem desumpserunt togam, tunc
cum præcepit, & lubrica juvenum ætas videbatur. Togam su-
pra prætextam nonnunquam patricij sumebant, eum plebei
sine prætexta, simpliciter amictiuntur: vestem toga erat
plebejorum, & infimi ordinis, prætexta honestorum, & nobi-
lium. Idipsum quoque circa mulieres servabatur: nam tota
prætexta in usu promiscuè tum virorum, quam mulie-
rum, noturumque, ac diurnum indumentum fuit, sicut pan-
niolum, & penula. Alex. lib. 5. c. 16.

Habuit in animo Alexander Mammæ Imper. omnibus
atribus, ordinibusque civitatis suam vestimenti genus affi-
gnare, ut vestitu dignoscerentur. Ceterum Ulpiano, & Pau-
lo juris scientiæ peritis dissuadentibus, monstrantibusque id
parum conducere concordia civium, ob injurias, quæ inde
in minus potentes poterant existere, incepto desistit. Sabellus
lib. 6. Ennead. 7.

Conditionis.

Romæ Libertinis nullo jure uti prætextis licebat, ac multò
minus peregrinis. Sed postea Libertinorum quoque filiis præ-
textæ concessa est: ex causa tali, quam M. Lælius augur re-
fert: qui bello Punico secundo duum viros dicit ex senatus-
consulto, propter multa prodigia, libros Sibyllinos adfuisse,
& inspectis his nunciasse, in Capitolio supplicandum, & testi-
feriumque ex collata stipe faciendum, ita ut Libertine quo-
que, quæ longa veste uterentur, in eam rem pecuniam submi-
nistrarent. Aucta igitur obsecratio, pueris ingenuis, itemque
Libertinis, sed & virginibus patrimis, matrimisque pronun-
tiantibus carmen. Ex quo concessum, ut Libertinorum quo-
que filii, qui ex iusta duntaxat matrefamilias nati fuissent,
togam prætextam, & lotum in collo probullo decore gesta-
rent. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 6.

ELEGANTIÆ, SORDITIÆ.

Ex loco Liberalitatis & dantur, item Luxu,
& Avaritiæ, huc multa.

CHANGIUS CHAMUS Legislator Scytharum, inter alia etiam
hoc statuit, ut Scythæ, sive Tartari sui pannos quoslibet tol-
lerent, ac vestibus etiam integris affuerent. Id enim cum nul-
la necessitate coacti facerent, sine verecundia facturos, cum
esset opus. Pachymerius.

Temporis.

Persæ amictum habent æstate purpureum, hyeme varium.
Alex. lib. 5. cap. 18.

CRATES à Magistratu oburgatus, quod præter leges, ac
morem Atheniensium sindone vestiretur, ait: Quid, si Theo-
phrastum vobis ostendam sindone amictum? dissidentes, ac
ut ostendere, flagitantes, adduxit ad constrictam, ostenditque
Theophrastum, qui tum foret tondebatur linteo amictum,
quæ Græci à contegendis humeris ἄνδύου vocant, submo-
nens, omnibus ad usum uti licere. Nam si per se turpe esset
uti linteis, ne in constricta quidem esset honestum. Laert. lib. 5.
STILPO videns Craterem hybernis mensibus frigore ruben-
tem:
Ggg 3

tem : dicitur inquit, uti yphium iuxta dicitur xavē. Lepos, qui est in vocis ambiguo. Latine reddi non potest, nisi conjunctum sonat, nova : xavē diffusum, sonat, & mente, Discriminibus vix sentiri potest, scripto potest ostendi. Videris, inquit, egere pallio novo, sive pallio, & mente. Novam requirere gelu mentem Cynici stultitia, qui vestem non accommodaret temporis. Laert. lib. 2. cap. 12.

ORNAMENTA.

Fuere, qui crederent, auri ornamenta feminis apud Romanum quandoque ordinem fecisse, stolasque à plebeis divisisse, ut sicut annulus equitibus, ita auri cultus feminis medium ordinem designaret. Alex. lib. 2. cap. 92.

ALEXANDER SEVERUS Imp. matronis regis Cyclas dedit, qua plus se uncis auri non haberent, cum reticulo, & pallium auro aspersum. Alex. lib. 5. cap. 18.

Clavorum nomine dicebantur ornamenta vestium, purpurea, acuta pida, & capita clavorum instar habentia : quibus intextis Equitum, & Senatorum tunica insigniri solebant.

Unde apud Festum Clavata vestimenta dicuntur clavis intexta. Cum quidem Clavorum alii lati essent, quibus Senatorum, alii angusti, quibus Equitum tunica decorabantur. Fabius lib. 11. cap. 51.

Cuius latius non erit, ita cingitur, ut tunica prioribus oris infra genua paululum, posterioribus ad medios poplites usque perveniat. Latum habentium clavum modus est, ut sit paululum eundem summisior. Quibus ex verbis intelligitur, Senatorum tunicam multo breviorum equitum fuisse. Clavum autem purpureum opinor instar habuisse capitis eorum majorum clavorum, qui foribus, & valvis affigi solent. Hotom. de Verb. Jur.

VESTIMENTORUM ΚΡΗΣΙΣ ΑCQUISITIO.

Seres, gens ubi sericum nascitur, quam Græci olim vestem Medicam appellabant. Sub Justiniano legatos miserunt Christiani ad Æthiopes, ut sericum ex India mercati, Romanis venderent, ipsique magna pecunia potirentur : & id tantum lucri Romanis conferrent, ne pecuniam suam posthac ad hostes transferre cogerebantur. Suidas.

Vestium quarundam usus apud Romanos quando cepit, perit ex Plin. lib. 8. cap. 48.

CONSERVATIO. Huc Vestium

Integritati. Israelitæ quamvis per 40. annos in vasta solitudine errarent, ductus Moyses, tamen neque vestimenta illis obsolescerent, neque calcii fere detriti. Deuter. 7.

Miraculosum est, quod de Christi Opt. Max. inconfutilli tunica tradunt, illam à Virgine matrem contextam, puellum vestivisse, adolescentem texisse, adulto contra cæli, aerisque injurias munimentum præbuisse, quoad militum impiorum forti subiecta, regii Prophete oraculum confirmavit, & comprobavit. Nicephorus.

Eleusineis factis observatum, ut quam quis, dum initiaret, vestem forte gestasset, eam ne inquam exueret, donec victa tempore omnino fieret ingestibilis. Hinc datus adagio D locus, Vestimenta initiatorum, de iis, quæ atrita prorsus sunt nullaque temporum vicissitudine variantur. Cælius lib. 16. c. 9. ex Clemente, & Anobio.

VESTITUS USUS IN TOPO.

Vestitus honoris ergo concessus Regibus, Sacerdotibus, Militibus.

Vide Locum de honore. Tit. Ornamenta, honorifica.

Massageta ex arborum corticibus amictus intexebant. Herodotus.

Follie Juncus. Gymnasium incolæ juncis ornantur amictu. Alexan. ab Alex. lib. 5. cap. 18.

Coria. Geloni Scythæ olim hostium casorum coriis vestiebantur.

Mauri olim, & Trogloditæ ex serpentum, aut piscium corio vestimenta sibi confuebant. Alex. ab Alex. lib. 5. c. 18.

Pellæ. Græcorum antiquissimos, pelles leonum, pardorumque ovium, & caprarum, item luporum à principio induisse, Homerus auctor est.

Quædam nationes caprarum pelibus sunt vestite, ut in Getulia, & in Saldania. Cujus usum apud antiquos quoque Græcos fuisse apparet, quod in tragediis senes ab hac pelle vocantur δρῆβιπαι, & in comædiis, qui in rusticis opere morantur : ut apud Cæciliam in Hypobolimo habet adolescentens apud Terentium in Heautontimorumenio senex. Varro lib. 2. cap. 11. de Re Rust.

Hyperborei septentrionales populi, excoriatis belluarum pelles habent pro vestimentis. Virg. lib. 2. Georg.

Tali Hyperboreo septem subsita Trioni Gens effrena virum Ripheo tunditur Euro, Et pædum fulvis velantur corpora setis.

Scythiæ magna pars tergere vulpium, & murium opera incedit. Alex. lib. 5. cap. 18.

Scrichinni, qui extrema Scandiz deferta incolunt, ut ait Jordanes, preciosius induuntur, quam magni principes : zabelleinis & harmelinis pelibus, cujuscunque fuerint sexus, ætatis, aut ordinis. Hermelinas omnium vilissimas putant, eò quod fœditissimus sit eorum animalium coitus, lepraque ex earundem pelium contactu generetur. Nullum habent è terra edulium, quandoquidem nec eam colunt, sed cum uxoris viri venationibus student. Joan. Magn. libro 8. cap. 35.

Lapones veste utuntur stricta, & toti aptata corpori, ne quid impedimentum faciat operi. Hyeme utuntur pelibus integris phocurum, sive urforum artificiosè laboratis : eas modò adstringunt supra caput, solumque oculi patent, corpore reliquo toti contexti sunt, in quibus in culcum insitit : nisi quod hæc expressa per membra omnia, ad commoditatem, non ad penam, laborata est. Hinc puto temere credendum esse, quòd sint corpore hirsuto, instar brutorum. Hic vestibus muniti Lapones, perferunt foris hyemes, & omnem injuriam cæli. Sig. in Scandia.

Linum. Vestibus amictuntur lineis Ægyptii, circa crura fimbriatis, quas Calasires appellant : super quas candida ferunt lana amictula, tanquam superjecta. Lanæ vestes neque in ædes sacras gestantur, neque una cum cadavere sepeliuntur : prophanum enim id est. Calceos papyraceos gestant. Herod. libro 2.

FORMA. RATIONE. Longitudinis.

Armeniacam vestem, Thesalicam dicunt, id est, longas tunicas, quas in tragediis Tholicas vocant, cingunt quoque circa pectus. In prætextis etiam tragici Thesalos sunt imitati. Opus enim illis fuit, aliquo tali accommodato habitu. Thesali enim, quia longas vestes gestant, cum inter omnes Græcos valde boreales sint, & quia frigidissima loca incolunt, æquissimam imitationem tragicorum personis præbuerunt. Equitandi studium non minus Medii, & Armenii quam Thesali colunt, ita ut Jalonem Thesalum cum uxore Medea illis imperaret, præter reliqua argumenta, etiam hinc colligi queat. Strabo libro 11. Θυοσφῶναι πῶτα πῆγες, id est, Alæ Thesalica, vestes manicata, quas Græci χροσφῶνας vocant : quo genere per luxum, ac decelias utebantur Thesali. Apud Maronem hoc amictus genus, tanquam parum virile, Trojanis ab hostibus exprobratur.

Et tunicae manicata, & habent redimicula mitra. Et apud Plautum quidam cultu Punico, velut avis exotica, ridetur propter manicas, aut angulos alarum instar utrinque propendentes, atque extantes. Erasmus.

Curetas Ætoliæ habitantes nomen hoc adeptos esse ferunt, quia sicuti χίρῶν, hoc est, puellæ, muliebre longas stolas induunt. Eiusmodi namque imitationem Græcis esse : & Jones ἰσχυρῶνας, id est, vestes trahentes dicit. Strabo libro 10.

Tyranni Pylistratidæ coegerunt Athenienses pelibus vestiri usque ad genua demissis, quò minus præ pudore in urbem descenderent. Suidas in voce, χροσφῶνας.

Romani olim sine tunicis, toga sola amicti fuerunt. Postea subtilitatis, & breves tunicas citra humerum desinentes habebant, & quibus Græcis dictas. Crura enim, atque brachia nuda conspici, virili debebant. Feminis solis vestem longè, lareque diffusam, ad ulnas, pedesque tendentes, convenire optavit. Petrus Africanus Pauli F. Petro Sulpicio Gallo homini delicato inter cætera hoc quoque objecit, quòd tunicis uteretur manus totas operientibus. Huc alludit quoque

que Virgil. 4. Æneid. Gellius, libro septimo, capite duodecimo. Næc. Aeneas.

Longobardis in more erat vestimenta ferre laxa, fluitantiaque, ac lineæ, Saxonum, & Bötannorum more, quæ limbo quoque colore vario exornate solebant : item uti calcæi ad pollicem usque fœticesibus, eoque ligularum multitudine obligare. Bonf. 18. Dec. 1.

Mardorum genti proprium fuit, crassiorum vestem, & non ultra genua induere, proque capitis ornatu fundam fronti annexere. Alex.

Melanchlani Scythiæ populi omnes indumenta nigra gerunt, unde & cognomen habent : humana carne vescuntur, institutis Scythicis utentes. Herod. lib. 4.

Cum Æthiopum Marobiorum rex : confexisset à rege Perfarum Cambyle missam vestem purpuream, rogavit tinturæ rationem : Eam cum ab Ichthyophagiis dedisset, Idæus lib. 4. dicitur in armis, Idæus 3. dicitur in armis, id est, Non solum, aits, homines esse subdolos, sed & vestes illorum esse dolosas. Erasmus in Adag. Tinctura Cyzicena ex Herodot. lib. 14.

Apud Romanos Purpura patricium distinguebat ordinem ab equestri : Aurum equestrem à plebeo. Sob. lib. 1. En. 7.

Purpura plebeja lussa obsoleta erat, non murice, aut cocco, sed herbarum succis infecta. Alex. lib. 5. cap. 18.

De hujus usu, quando & quomodo introductus fuerit, atque propagatus, multa habet Plin. lib. 9. c. 39.

Stolas mulieres Romæ in lectu candidas, vitasque candidas ferebant. Quomodo defuncti corpus candidis amictu, sic volunt propinquos. Corpus eodem modo exornant, quando non possunt animum. Eum volunt lucidum, purumque profecti, tanquam auctoritatem jam decertato ingenti certamine, & vario. Plus in quest. Rom.

Figuræ. Aurum purpureas, vestis ingenuorum, manicata, & manileata, binis dependebis manicis. E. respuas, ad os erat servillis, unicum habens manicam. Cælius lib. 4. cap. 3. Antig. Lett. ex Pollucis lib. 2. c. 7.

Pontici populi adversus frigoris injuriam braccis utebantur. Ovidius.

Pelibus, & laxis arcent male frigora braccis. Apud Gallos, Scythas, alioque Barbaros, braccæ longis femoralibus, auro pida, intonsæ, & varii coloris, quas Anaxyrides Græci vocant, in usu fuerunt.

Splendoris. Consule Tit. Luxus in Vestitu.

Omnes splendide cultos, & sumptuosos appellant Græci. Nam Paruphis vestimentis genus est, cuius meminit Jul. Pollux lib. 7. utrinque purpuram habens adfutum : quod virgæ purpureæ intertextæ fuit. Jonum lingua Paruphi vocantur. Idem admonet, & novæ comædiæ verbum esse. Contra tenues, & humiles, nullo cultu insignes, tunicati dicuntur. Eras. in Adag.

MAXIMUS Junior vestibus tam accuratus fuit, ut nulla mulier nidiore esset in mundo. Capitol. in Max. Jun.

Romani olim ad conjugii, & sobolis invitamenta, inter muliebria jura, abundanti auro, mundoque muliebri, aureisque segmentis, & purpura, omnibusque delinimentis uti permiserunt. Quare in maximis bellis sæpe matronas, auro collato, inops ærarium sublevasse, & magna republicæ adjumenta dedisse, perispechum est. Legimus secundo Punico bello, cum republica in seclis hostibus affligeretur, scierentque matronæ ærarium populi Romani bello exhauriri, ipsas coactibus factis, sponte auro, & ornamenta sua in ærarium contulisse : capus rei causâ, ut scitis, professisque diebus, dum ad facta & ludos irent, carpentem veherent, à Senatu datum est. Camilli quoque tempore, cum à Gallis populum Romanum redimere oporteret, in angustia ærarii, quicquid auri, & ornamentorum erat, matronas publicè contulisse, eoque se populum redemisse accepimus : propterea, ut earum, sicut virorum, in funere solennis laudatio esset, senatusconsulto cautum fuit : primaque Populi à Crasso filio laudata fertur in funere. Alex. lib. 4. cap. 8.

PERSONÆ. VESTITU. Puerorum.

JACOBUS Joseph filio natu minimo tunicam versicolore fecerat : cum enim præ cæteris amabat, quia senex eum genuerat. Genes. 37.

B. L. Theat. vit. Human. Tom. VII.

Toga prætexta (cujus oræ purpura intertextæ pueri Romæ ad annum ætatis xvi. utebantur : quo anno puram, & quæ & virilis dicebatur, sumebant. Hotoman. de Verb. Juris.)

Virginibus olim ejusmodi erat vestium usum, quas à re ipsa quocumque appellabant. Quales etiam nunc spectamus in picturis Nympharum, quibus brachia detecta, femora quoque apparent. Ejus vestis originem inde ductam puto, quòd per initia caprinæ pelles ad lumbos utrinque cinxerint, ab humeris nodatas corio crurum anteriorum. Scaliger lib. 1. Poet. cap. 4.

Apud Laonas certè virgines ejusmodi utebantur veste, quibus neque in palæstra denudari rubor erat.

Mulierum. Afræ mulieres super vestem amictuntur nudis pelibus caprinis fimbriatis, ac rubrica delibutis : à quibus ægis, id est, caprinis pelibus, Ægidas denominaverunt Græci. Herodotus lib. 4.

Græcæ mulieres olim Doride veste cum faldibus utebantur. Athenienses ab Argiis victi, Doridem in Jadem, & lineam mutari præceperunt. Causam pete ex Titulo Cræditatis ob mortam illatam. Argiæ tamen, & Æginetæ Dordidem adhuc servantur, tanta contentione ut fibulas sextuplo majores quam priores facerent, quas decorum templis consecrare solebant, cum nihil præterea aliud Atticum offerrent. Usque ad ætatem Herodoti, fibulas majores, quam antea, gestabant Argiæ & Æginetæ, ut quantum decederat Atheniensibus, tantum sibi accessisse hoc signo gloriarentur. Herodotus lib. 5.

Prophetarum. Propheta apud Israelitas, & Judæos villosa veste utebantur cingulo pelliceo latera cincti. Sic Elias Propheta vestitus, lib. 3. Regum 19. 4. Reg. 1. c. 3. Zacharie 13. hoc velut insigni prophetico proponitur. In novo Testamento Joannes Baptista pelle cameli indutus fuisse legitur.

Pontificum. Ex loco de Pontifice veteris, & Novi Testamenti. Sacerdotum.

Consule Tit. Insignia Sacerdotum, quatenus etiam vestitus illic mentio iniicitur.

Ægyptii Sacerdotes ex Pythagoræ præcepto, lineæ tantum vestimento, ex gossypio, sive lino xylimo (teste Plinio libro 19. capite 1.) ut purissimo, mundissimoque in rebus divinis utebantur : lanæam verò ut prophanum vituperabant, quia ab animato decipitur : conficiturque ex mortali materia. Contra lineam ideo pura videbatur, & sacrificantibus accommodata, quoniam linum ex terra oritur : quæcunque autem ex terra nascuntur, munda, & pura existimantur : Hæc, & id genus alia. Herod. lib. 2. tradit, & apud Philostratum memorat. Tyanæus Apoll.

Joseph. lib. 6. Jud. bell. scribit, Sacerdotes Judæorum ad altare, templumque recedere solitos omni vitio carentes, veste byssina, id est, lineamictos. Et Hier. in lib. de Veste sacerdot. ad Fabiol. dicit tunicam poderin, hoc est, talarem, super humerale, quod & oratum dicitur, feminalia, cingulum, & tiaram, lineæ esse indumenta. Polid. lib. 4. c. 7. de Re. invent.

Phæcasi Alexandrinorum, atque Atheniensium Sacerdotes fuere, quibus candida solum ferre calcemata licebat, antistes sacrorum purpuram induit. Alexander ab Alex. lib. 2. cap. 8.

Apud Narvales juxta Suevos præsidebat Pontifex, qui muliebri habitu semper ingrediebatur. Ibidem.

Episcoporum. SISENNIUS Novatianorum Episcopus, cum Arfacium Episcopum honoris causa videret, à quodam ex illius comitatu rogatus, Cur vestem Episcopo non convenientem ferret ? & ubi descriptum esset, ut Sacerdos candido amictu uteretur ? Tu verò pritis, inquit, die, ubi scriptum sit, ut nigris vestiat Episcopus. Illoque hæciant, subiecit : Tu quidem istud demonstrare non poteris : me autem Salomon docuit, vestimenta candida esse oportere : & Salvatorem ex Evangelis apparere veste candida esse usum, atque etiam Moysen, & Heliam discipulis in candidis vestibus ostendisse. Suidas.

Philosophorum, Studiosorum literarum.

Cinici Philosophi Herculis imitatione baculum ferebant, viri ille clavam, & humerum dextrum extra pallium nudum ostentabat, sinu sub sinistra avillam rejecto. Meminit

Ggg 4 Atriani

Arriani Epictetus, & item Laerius in Diogene, & Antisthene. **A** *Brutus in 12. Epigr. an. in Philo. Soph.*  
**MENEBEMUS** Lampfacenus Cynicus, tunicam sumpit pulchri coloris, baltheo puniceo stricam: pileum Arcadium duodecim clementis intextum. Tragicæ ad hæc cothurni, virga fraxinea manibus erat, & proluxior barba: habitus ( ut dicere liceat ) magis superstitiosus, quam sapientia affectatore dignus. *Sab. 12. c. 8. ex Laer. 1.2. c. 18.*

**PYTHAGORAS** Samius, alba veste amiciebatur, & gestabat coronam auream, atque anaxyrides. *Ælian. lib. 12. de Var. hist. 5. Suidas.*  
**EMPEDOCLES** Agrigentinus præter purpuram, etiam calcamentis areis incedebat. *Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 18. ex Æliani lib. 12.*

**ARISTIPPUS** Socraticus, Milesiam chlamydem, aliquando amictum viliozem induebat; cætera nudus. *Alexander lib. 5. cap. 18.*  
**Hippiam**, & Gorgiam purpureis vestibus amictos in publico versatos esse, fama est. *Ælian. 1. 12. de Variâ historia.*

**DION** Prusaus philista, pelle leonis vestitus in publicum processisse dicitur. *Polat. 1. 15. Antrop.*

**B** **APOLLONIUS** Tyaneus lineis vestimentis corpus suum munire consueverat, interdum etiam purpura. *Philosophus.*  
**AGATHO** Atheniensis lupina pelle indutus fuit. *Philost. in vita Herodis.*

**FERDINANDUS**, & **ISABELLA** Hispaniæ reges Juvenibus, qui literarum studiis operam dabant, usum longarum, & feracium vestium, promissorumque capillorum ademerunt. *Marinus lib. 19. rerum Hispan. Medicorum.*

**HIPPOCRATES** Cœus medicus in multis imaginibus velato capite pingitur, ut quidam ajunt, pileo, quod nobilitatis signum est ( nam hoc modo etiam Ulysses pileatus cernitur ) aliam autem pallio velatum dicitur. Atque ex his aliquid decoris gratia id fieri asserunt, quandoquidem calvus erat: aliqui verò ob capitis imbecillitatem id fieri perhibent: aliqui autem significant eum ab eo factum voluit, nimirum quod principem rationalis animæ sedem probe munivit, & contentam esse oporteat. Alii signum peregrinationes amantis esse ferunt: alii verò rursus obscuritatem scriptorum ipsius per hoc significari contendunt. Alii postremum in testificationem id fieri volunt, quod etiam sanitaris tempore ea, quæ lædere possunt, cavere debeamus. Quamquam quidam asserunt, quod in administratione rerum gerendarum, ne quæ circum suo pallio manus ipsius impediatur, id ipsum complicatum in caput reicere consueverit. *Soranus Cœus in ejus vita.*

**POLLUX** tradit ornatum fuisse agricolarum Græcorum manticam, pedum, & pelliceam vestem: & non rusticorum hominum solum, sed etiam pauperum omnium, ac miserorum, ut Philoctetæ, & Telephi, quæ tragicæ personæ erant, postquam spoliati regno, & fortunis suis amplioribus forent. *Eas pelles dædipias appellabant: & iis cinctus dædipias. Vi. Herod. 1. 26. Var. lib. 1. cap. 23.*

**PARRHASIUS** pictor purpuream vestem, & coronam auream in capite gestare solebat. *Clearchus in Vitis. Athenaus lib. 12. cap. 21.*

**\* IMPERATORUM. REGUM. PRINCIPUM.**

**D** **Imperatorum vestes** graphiæ depingit *Paulin. l. 3. Martin. Misceturque ostro mollitum in sua metallum, Scipiant subiectas regalia ferula mensas, Dives in excelsis splendescit purpura fuleris, Multa puniceo mutantur serica iuoco, Et rutilant, docti ductis sine velle penitis, Luminibus disensa tremunt aulea superbis, Natat in foribus velorum mobile fulerum.*

*Item ex Tit. Imperii, & Regni insignia, huc transferantur exempla.*

**CLOMENES** Spartanorum rex sapientia brevi tunica amictus apparuit. *Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 18.*

**ABOLLA** externorum Regum fertur, sicut Romanorum, trabea: magni tamen splendoris, qua rarerent Romanos usos invenimus: nam soli reges aut consules, trabeati incedere, tametsi militarem, nonnulli senatorium amictum,

abollam fuisse dicant. Primus Romulus trabea usus fuit, quæ triplicis generis erat. Namque unum diis consecratum, sola purpura intextebatur: aliud regum ex purpura, immixto albo, quàm reges consueverunt induere: tertiæ auguralis fuit, quæ ex purpura fiebat, & cocco: quo genere augures uti asserunt, dum auguria captant. Sapius tamen sub tegmine puniceo alterno textu purpura distinguebatur. *Alexand. lib. 5. cap. 16.*

**C. JULIUM** Cæsarem ferunt usum lato clavo ad manus fimbriato, nec ut unquam aliter quam super eum cingeretur, & quidem fluxiore cinctura. Unde emanasse Sylla dictum constat, optimatis sepius admonentis, ut male cinctum puerum caverent. *Suet.*

**M. ANTONIUM** Triumvirum tunica ad coxam cincta, & villosa chlamyde usum, ferunt. *Alex. 1. 5. c. 18.*

**AUGUSTUM** Imp. quaternis tunicis, togisque, nec restrictis nec fufis, cum thorace laneo, femoralibusque & tibialibus incessisse memoriam proditum est. Calcamentis altiusculis utebatur, ut procerior, quam erat, videretur. *Suet.*

**NERO** Imp. cicharocæi habitu interdum in scenam est progressus, interdum parva tunica indutus, & caque floribus ornata: ac intemum circum collum habens, senatoris salutavit, interdum etiam discindens tunicis per urbem ambulavit. Eundem nullam vestem bis induisse, sepiusque in ornata tragico cum cothurnis prodississe, testatur. *Dion. 59. Suet.*

**DOMITIANUS** Cæsar præsedat certamini in stadio crepidatus, purpurea amictus tota Græciana, capite gestans coronam auream cum effigie Jovis, Junonis, & Minervæ, affidente Diali, & collegio Fluvialium sacerdotum. *Pontanus cap. 4. de Splendore, ex Diono.*

**ALEXANDER** Magnus, cum regio habitus, tum Siculo amiculo, & lineo thorace auro, gemmisque ornatus, semper bella gessit. Ejus cassidem cristata juba, & pennæ candidissimo circumcingebant. *Alex. 1. 1. c. 20.*

**AGIS** Lacedæmoniorum rex bellicosissimus habitu regiarum militis semper usus est. Agellus rex, cum semper haberet exercitum non tam armis, quam vestimentis optime ornatum, ipse tamen villosa vespe corporis cultu utebatur. *Gylippus* Spartanus formidabile vespe mactera, & cultu neglecto, cum adversus hostes pugnamum esset, induebatur. *Alexander lib. 1. c. 10.*

**L. SCIPIONIS** statum chlamydatam, & crepidatam in Capitolio cernimus: quo habitu videlicet, quia aliquando usus erat, effigiem suam formatam poni voluit. *Valerius Max. lib. 3. cap. 6.*

**L. SYLLA**, cum Imperator esset, chlamydato sibi, & crepidato Neapoli ambulare, desorine non duxit.

**L. LUCULLUM** cum thorace squamoso, & amictu purpureo prælii iniisse, comperit ex Romanorum historis est. *Alex. lib. 3. cap. 18.*

**VIRIATIUM** Lusitanum, cibum, vestitumque, quibus pastor, & venator uti consueverat, nunquam deservisse ajunt: licet imperator, & victor, per 14. annos continuos, consules, exercitusque Romanos attrivisset. *Panormita lib. 1. de reb. gestis Alphonso, cap. 42.*

**C. JULI. CÆSAR**, ut in conflictu bellorum cunctis innotesceret, ad prima signa novo colore amictus, & diverso armorum habitu insignis prodississe traditur. *Alex. lib. 1. cap. 20.*

**Tunica** pala, & palmata toga, triumphalis, & toga picta, quas Consules, & hi, qui devictis hostibus triumpharunt, veluti augustas, atque illustri, & excelso honori debitas, accipiunt, præcipui cultus, ornatusque fuerunt: in quibus decus totius imperii, ingentisque virtutis specimen noscebatur. Palmata vestis in pace, consulis: victoria vero parta, triumphantis indumentum erat, quæ quidem purpurea, auro intextæ erant: & nihil triumphalibus viris, atque ex Capitolio, & Palatio haud aliter dari solitæ, eò quod essent Jovis tunicae perquam similes: tametsi scutulatam, phrygiatam, & sulcatam quoque unquam, & clavatam, inter triumphales aliter annotantur. Et quidem scutulatam Galli primum intulerunt, sicut phrygiatam Phryges. Fertur tamen Gordianus tunicam, & togam pictam primum ex Cæsariibus, dum privatus ageret, & primum induisse, neque ex Capitolio ( ut moris erat ) publicam desumpsisse. *Alex. lib. 5. cap. 16.*

Tribuno.

**Penulis** uti Tribunos pluviae tempore, scribit in Adriano **Ælius** Spartianus, Imperatores autem nunquam. Nam & in Caligula Tranquillus, ut probrum referat, pictas, gemmatasque penulas solum gestare. Quo nomine factum Adriano imperiomeni, prodit Spartianus quidem, quod tribunus penulam amississet. *Coll. 16. c. 10. A.L.*

**ASCONIUS** in Orat. pro Scauro, & *Val. Max. lib. 3. cap. 6.* ajunt C. Catonem Prætozem judicium Scauri, quia ætate agebatur, sine tunica exercuisse campelstri, sub toga cinctum, in forum quoque sic descendisse, jusque dixisse, idque repetisse ex vetere consuetudine, secundum quam & Romuli ætatis statum in Capitolio, & in Rostris Camilli fuerunt, togata, sine tunicis. *Hotom. de Verbis juris.*

**Candidatorum Senatorum.**

**Plut. in vita Coriolani, & in Probl.** Catonem tradit scriptum reliquisse, fuisse in more, ut candidati Romæ sine tunica ( veste scilicet breviori, & interiore, cui toga superimponeretur ) venient ad supplicandum populo, sola toga candida, eaque recincta, induiti. *Hotom. de Ver. juris.*

**PRÆTOR** Sabaudus comes ab Orhone IV. Imperatore investituram petitoris suarum regionum, veste aurea parte dextra, sinistra vero lorica indutus venerat. Novitatem rei admittente Imperator. Altera omor, inquit, tuo beneficio, Imperator, altera defendat contra hostes meos. *Ægid. Corez. de Diffis. & factis memorab.*

**OLIM** togæ candidæ Laticlavie Senatorum, prætextæ erant Magistratum. Sub Imperatoribus prætextæ, & chlamydis insignie Senatorum fuit. Adrianus tamen Imp. Senatores in publico semper togatos esse iussit, nisi à cœna revertentur. Ut dicemus infra de vestibus cœnatoriis agentes. Etiam trabea fuit vestis senatoria iuxta *Sid. Fuit* eadem tamen etiam equestris, ad supplicatorem *Perfusus Sat. 2.*

**Conferreque tuam vel quæ trabeate salutas.**  
*Pete quemdam ex vit. de Moderatione, & frugalitate vestium.*

**Comitum largitionum sacrarum.**

**Dicebantur** Comites sacrarum largitionum, qui præerant sacris thesauris, ac libertatis, & largitionum curam gerebant. Erant illis vestes senatoriæ, quia statim allegabantur in Senaturo, ut *Cassiod. 1. 5. c. 41.*

**Toga civium** erat Romanorum, & honoris gratia sumebatur ab iis, qui jam excessissent e pueritia, deposita prætextæ, ipso cultu virilem animum, ac mores prostentibus, unde & virilis toga dicebatur. Hinc illud Cicero in *Philipp. Sumpsisti virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti. Quin & pacis tempore gestabat, quemadmodum sagum in bello* — unde *M. Tul. in Philipp.* subinde jubet, depositis togis saga sumere. Hinc proverbium, Salsantis personam in toga inducere, est quippiam facere neutquam decorum: ut si senex, aut theologus ineptiat: aut si quis feris miscet ludicra. *Erasim. in Adagio.*

**AUGURUS** Cæsar, habitum, vestitumque pristinum reducere studuit. Ac visa quondam pro concione pullatorum turba, indignabundus, & clamitans: En, ait, Romanos rerum dominos, gentemque togatorum. Negotium Ædilibus dedit, ne quem posthac patenter in foro, circove, nisi positus lacernis, togatum consistere. *Suet.*

**UT**ebatur Florentini olim populariter purpura togula, cuiusmodi ferè atram hoc tempore eos habere in usu videmus. Itaque amico consulenti, quibus usus rationibus, & institutis sibi à populo delatam præfecturam ex sua, & Reipublicæ dignitate administraret? Perbreve esse, inquit, Cosmus Medicus, cum eum admodum vellet: purpuram indueret, pauca loqueretur. Amulo item obicienti, quod potentia suæ stabilicet causa civitatem in bellum Lucensè difficillimum consecisset: respondit, Septem, aut octois purpuræ ulnis quotidie cives permultos fieri posse. *Brutus lib. 2.*

**Servorum.**

**Manfit** diu Romæ constitutum, ut servi ingenuorum veste non uterentur; quippe qui nec colobria, nec calceos habebant, quæ liberis dabantur. Crepidis quoque, aut mulleis uti servos, aut plebeos, erat lege vitatum. *Alex. 1. 5. c. 18.*

**Nobilium, Igneobilium.**

**Gallis** nobilibus tinctas gestare vestes, aut faga hirsuta virgata: hyeme verò crassiora, ætate subtiliora, longis villis, mos fuit. Belgæ hirsuto sagulo corpora munire solent. *Alex. 1. 5. c. 10.*

**APUD** Moschovitas omnes fuz conditioni convenientibus vestibus ex præscripto magni Ducis untunt. Si aliquem humilioris familiæ elegantius vestitum conspiciunt, proditorem appellant, dicentes: Perfide, unde tibi talis vestitus? cur more dominorum ( sic Polonos, & Lituanos appellant ) vestitis, num ad eos desicere moliris? Statim ergo acculatus, gravissimè punitur. *Guag. in descript. Mosch. c. 4.*

**Ex loco Stratagematum huc quedam de Militari vestitu.**

**Parthorum** mos fuit, leonum pelibus ornari, ut non tantum armorum strepitu, sed corporis quoque aspectu hostibus terrorem essent. *Alex. 1. 1. c. 20.*

**CYDONES** fortissimi, ut Homerus inquit, habebant arcus, capris pelibus amicti. *Idem.*

**APHRS**, Caunis, Numidis, & Messagis in bellum profecturis, ruffatas, vel puniceas ferre vestes moris erat, ut eorum mento vulnera, & sanguinem effusum non internocerent, confidentiusque, & sine pavore dimicarent. *Idem.*

**ARISTOPHANIS** interpres indicat, Lacedæmonios punctis tunicis uti solitos, ne ab hoste sentirentur vulnerati: ob coloris similitudinem. *Ælian. 1. 6. de Var. hist.*

**ARTAXERXES** Perfarum Rex, ductus contra Cyrum fratrem exercitum, rubro milites sagulo ornavit, Cyrus albo.

**C. GRÆCUS** legem tulit ad populum, de vestibus publicis. Militibus Rom. dandis, sine stipendiorum diminutione: & inde institutum, ut singulis militibus saga, togæque in hybernis darentur. *Alex. 1. 1. c. 20.*

**AUXILIARI** apud Romanos milites, præter faga togæque, & rectam tunicam, album, & rubrum paludamentum, quo socios ad hostibus internocerent, habebant. *Alexand. lib. 1. cap. 20.*

**VESTITUS USUS IN PARTE CAPITIS.**

**In eo prælio**, quo Cambyses Perfarum rex Pflammeni G tum regem Ægypti superavit, ossa eorum, qui in hæc occiderunt, cum pæcerent fusa, ut ab initio distincti fuerant, sursum erant Perfarum, deorsum Ægyptiorum: Sed Perfarum capita adeo fragilia sunt, ut si velis ferire, vel solo calculo perforare possis: Ægyptiorum autem ita firma, ut ea vix ictu lapidis elidas. Cujus rei causa hæc est, quod Ægyptii statim à pueris radere capita incipiunt, & os capitis ad solem redditur compactum: Quæ eadem causa est non calvefendi: nam ex omnibus hominibus paucissimos Ægyptios calvos vides. At Persis fragilia sunt capita, quoniam prima infantia assuescunt operire capita, gestantes pilea, tiaræque. *Herod. lib. 3.*

**Veteres** omnino caput non velabant, sicuti testantur nummata, vel ipse statuar, sed omnino C. Cæsaris exemplo significanti. Is enim, auctore Tranquillo, cum calvitii deformitatem iniquissimè ferret, obtrectatorum sæpe jocis propositam, deficientem capillum revocare à vertice consuevit, ut illara obtgeret. Quod ab eo fieri absurdum fuisset, si more patrio commodius, decentiusque caput, hoc est, dehonefamentum illud calvitii obnubere potuisset. Ergo recens inventum operimentum capitis, quo nunc passim utimur: auctor tamen ignoratur. *Polyd. 1. 3. c. ult. de Rerum invent.*

**SERVIVS** in *Æneid. 8.* refert, Ferontiam Servorum deam haberi, in cujus templo capite soliti sunt pileum accipere. Videtur autem pileus præcis insignie fuisse virtutis spectata, ut hinc fluxerit mos, ut qui magistri, doctorique titulo decorantur, pileum accipiant. *Erasim. in Adag.*

**Auctor** Artemidorus est, Iberoium mulieribus monilia ferrea gestare consuevit, & quibus in verticem succretos corvos itidem ferreos decumbere in frontem longius, ut propendens inde velum umbellæ vicem præster defendendo Soli. Mundus hoc summe illis preciosus: apicem alia pedali mensura protollunt, eamque apicè circumnectunt, galericulo atri coloris superjecto. *Cal. lib. 18. cap. 22. A.L. in Marinus lib. 4. rer. Hist.*

**HYRCANI**, Zagatæque gentes, perpetuo odio à Persis diffidentes, Bacepæ à viridi capitulo integumento vocantur: sicuti Persæ

Perfab initio civilis discordia, propter novae superstitionis causam, Gusefaba, hoc est, rubra capita appellari consueverat. *Jovian. lib. 23. hist.*

**VENTRIS ZONA.**  
Zona mulieres olim inducuntur. Unde *Virg.* dicitur à poetis. Virgines quidem tanquam propugnaculo, & tegmine pudoris utebantur: unde solvere zonam, pro eo quod est, virginitatem eripere. Matrone verò est zonam solutam habebant à marito, tamen ut pudicitiam suam ceteris omnibus inaccessibilem ostenderent, zona non minus, quam virgines ornabantur.

**PEDUM CALCEI. VESTITUS INSOLITUS.**

*Vestitus mutatio si novitatis causa fiat, atque cultus, ad luxum in vestitu propriè pertinet, & ad incantantiam: si fallendi causa, ut alius, quam sit esse videaris, ad Prudentiam tam castrensem, quam urbanam, sepe etiam ad calliditatem. Consule locos Stratagematum. Hic vestitum per se, ut Corporis tegumentum est, perpendimus: cui accedit, ut insolens sit.*

**QUI VESTITUM MUTARINT.**

*Quoad*  
*Contem, Populi, qui patrium habitum mutarunt.*  
ANDRONICO Juniore imperante vestitus mutatio tanta fuit in aula Constantinopolitana, ut non Græcorum amplius contentus, sed Latinorum, Myriorum, Triballorum, Syrorum, Phœnicum colluviis esse videretur: prudentioreque non opacurum omen vel mutandi, vel assilendi imperii inde conciperent. *Gregoras. l. 2.* Quòd si epilogismo utendum est, nec hoc ipsum & Germanis Turcarum, & Helvetiis Gallorum, & Hispanorum tyrannidem minetur, Deus optimus maximus assidue rogandus est.

*Sexum. Viri muliebrem, Mulieres virilem.*  
LEUCIPPUS amore Daphnes infaniens, & muliebrem habitum induens, cum ea venatur. Sed cum ei per vim vestes exuerentur, virginitatem sagittis confixus est. *Parthenius de Amat. c. 15. Theodoro Eliate in eclog. Phylarch. l. 15.*  
PHOCIONIS uxor vestem mariti gestabat, neque opus habebat vel croco, vel taratino, vel anabola, vel encyclo, vel peplo, vel tinctis coloratis tunicis. *Elian. l. 7. de Var. Hist.*

*Conditionem.*  
ULYSSES simul acque pannos, in quibus mendicium apud procos egerat, exutus, magnificis vestibus ornatus esset, repente vitus est alius. *Eras. in Adag. ex Plat.*  
CLAUDIUS Imperator Quendam peregrinitatis reum orta inter advocatos levi contentione, rogatumque, an palliatum dicere causam oporteret: quasi æquitatem integram ostentans, mutare habitum, prout accusaretur, defendereturque, iussit. *Suet.*

EUSEBIUS Samosatensis, Episcopus orthodoxus, à Valente Imp. Ariano in Thraciam relegatus, assumpto militari habitu circumiit Syriam, Phœniciam, & Palæstinam, Ecclesias confirmans, & Episcopos constituens. Tandem sub Gratiano Samolatam rediit. *Sol. l. 3. c. 24.*

*Familiam.*  
CETHEGOS apud Rom. amictus diversus à ceteris distinguebatur, quos Cinctuos vocat Horatius. Sive habitus, sive pallium ad cinctum redactum fuerit, constat eos exerto brachio procedere solitos. *Lucanus.*  
*exertique manus vesana Cethegi.*  
*Volat. lib. 14. cap. 2. Antrop.*  
Serranz Romanorum familia gentilium fuit, feminas linea veste non uti. *Plinius l. 19. c. 1.*

**CUR. CAUSA.**

*ERUDITIONIS.*  
EUCLIDES Megaricus, cum Socraticæ disciplina cupidissimus esset, neque tamen auderet Athenas ire (ubi docebat Socrates) quòd capitale foret, si quis Atheniensium Megaris, aut Megarensium Athenis, propter mutuum utriusque urbis odium, deprehenderetur: muliebri veste indutus ad audiendum philosophum sub ipsam noctem ibat, ac demum ipso auroræ diluculo revertebatur. *Gell. l. 1. c. 16.*  
DICÆARCHUS apud Cælium testis est, Laetianam Man-

cinæam, & Axiothem Phlasiam, Platone usas præceptore, ornatu virili auditiorem nonnunquam intrasse. *Plinius l. 10. c. 1.*  
*Explorenti.*  
*Ex tin. Explore, & Investigare, Inquirere visitatione occulta, huc pertinent exempla regum aliquot, dissimulato habitu res regni sui explorantium.*  
HIPPARINUS tyrannus veste, & lingua simulata, ab Achæo amasio, cujus pudicitia periculum simulata persona volebat facere, interfectus est. *Parthenius in Erot. c. 24.*

*Amoris.*  
HERCULES monstrorum domitor, amorem vincere non potuit, sed puellari habitu Omphale reginz servivit, ejusdemque iussu fusos, & lanas attraxit. *Deianira apud Ovidium: Crassaque robusto deducis pollice fila, Equaque formosæ pensa rependis hera.*  
Item apud Propertium sic loquitur:  
*Idem ego Sidonia feci servilia palla Officia, & Lyda pensa diurna colo. Mollis, & divistum vincit mihi fascia pectus, Et manibus duris apta puella fui.*

*Pudoris.*  
P. CLODIUS inimicus Ciceronis, ut omnibus vitis involutus, ita quoque mæchus notissimus fuit. Ille ut suo furori, atque libidini satisficeret, indutus vestimentis muliebribus, factis Bonæ deæ interitus: & Pompejam, Q. Pompeii filiam, Syllæ nepem, & Cæsaris uxorem, corruptit. Testis est oratio Ciceronis pro Milone, & *Alconius Pedianus.*  
*Pudoris.*  
THEODORA Virgo Antiochena, & martyre, in patria sub Diocletiano ad lupanar ducta, cum milite quodam pio, qui prius ad stuprum putabatur ingressus, amictum mutavit: ille pro virgine remanuit, illa pro milite discessit. Cùmque alter item ad stuprum ingressus virum pro virgine invenisset, credita magis hoc carminibus facere, capite miles damnatur. At tum illa accurrens, sese ostendit, ut illum servaret. Uterque igitur casus. *Ambrosius l. 2. de Virg.*

*Luxus.*  
Assyriorum rex Sardanapalus è illecebrarum se demisit, ut abjecta imperii majestate, positus masculini sexus indumentis, mentitus sit foemina, interque puellas, & eunuchos evirator spadone deliraret. Quæ fuit causa, ut ab Arbace præfecto lasciviam tam corruptam perosa, ad incendium domus (in quam victus se receperat) & voluntariam mortem sic coactus. *Diod. Sic.*

*CLISTHENES* malè audit, & poetarum laceratus est fatyris, quòd parum viri haberet, seque cultu indecoro in feminam transfigureret. Unde adagia nata, Clisthenem video, & Clisthene intemperantior. Eadem nota invidit Cleocritus, quòd ad majorem lasciviam tunicis, & vestibus foemina mentiretur. *Eras.*

*DINOCRATES* Messenius in convivio temulentus, muliebri habitu choreas duxisse scribitur. *Volat. l. 15. Antrop.*  
ALEXANDER Macedo deivitis Parthis vestem barbaricam sumpsit. Incertum, ut accommodaret se incolarum moribus, multum existimans valiturum ad mansuificandos homines, si consuetudinem, & patrios mores eorum usurparet, ac tentare hæc re Macedonas, atque ad orandum se traducere morumque patriorum ferre conversionem, & transitum in alios, voluit assuefacere. Habitum Medium tamen, quòd proflus barbaricus esset, & alienus repudiavit. Sed medium inter Perficum, & Medium scire temperavit. *Plat. in Alexand.*

**Spei aculorum.**

BERENICE (quam Græci Perthenicem appellant) filia, mater, & soror Olympionicarum, ut ait Plinius, habitu virili ludis interfuit. *Pauf. in Eliacis. Elian. de V. Hist. & Val. Lulus.*  
ANTIOCHUS HIERAX, Syriæ rex, cum de regno cum fratre Seleuco contenderet, atque cum à Gallogræcis pralio victum, casumque fuisse accepisset, plus fraterno amore, quam bello, quòd cum fratre gerebat, motus, abjecta purpura, atram inter lacrymas sumpsit vestem. Nec multo post, cum rescivisset saluum se de ejus morte nuncium accepit, pro ejus salute in universo regno sacra fieri, & diis immortalibus gratias agi, festoque ludos fieri iussit. *Plat. in Reg. aephe.*  
*Jaci.*  
M. ANTONIUS Triumvir veste famuli (cùm fama esset, Cæsarem in Hispania esse mortuum) noctu ad Fulviam uxorem

rem venit, dixitque se à M. Antonio tabellarium missum esse. Illa rogat, an valeret Antonius? Ipse nihil. Cùmque epistolam legeret (erat enim scripta amatorie) protinus in collum ejus præ amoris impotentia invasit. *Cic. in Philip.*

**Religionis.**

EUPHROSINA apud Alexandriam virgo nobilis, nuptias fugiens, in quoddam cenobium, ubi pater debebat, aufugit, ignota habitu virili, in quo sub nomine Smaragdi perseveravit usque ad extremum, annos videlicet xxxvi. & in morte patri se manifestavit. *Volat. lib. 15. Antrop.*

PELAGIA Antiochena meretrix nulli rei attentius vacans, quam corpori comendo: tandem meliore ducta spiritu, ubi aspernari cepit, quòd pridem amabat maxime, virum se finxit. Et ne redivivus aliquis pristina vanitatis fomes denuò repullularet, relicto hominum colloquio, secessit in solitarias Nemorum latebras, ubi ad mortem perseveravit constantissime. *Marullus.*

EUGENIA filia quisdam Philippi, inter Romanos potentissimi, virum mentita est in cenobio, quo se inclusit, ut Domino commodius serviret. *Marull. l. 1. c. 7.*

MARINA virgo, natione Græca, sexum dissimulavit, ut admitteretur in cenobium quoddam, in quo soli viri recipiebantur, ubi ad mortem usque sanctissime viri nomine Marini. *Volat. l. 17.*

In Attide viri ornatu muliebri, mulieres verò virili, Vestirem divinam faciebant. *Alex. l. 2. c. 8.*  
Apud Coos sacerdos muliebri veste amictus, & mitra caput ornatus, Herculi sacrum faciebat. *Item.*  
Narvalis juxta Suevos præfidebat pontifex, qui muliebri ornatu semper ingrediebatur. *Alex. ab Alex. l. 2. c. 8.*  
*Salutis sua.*

In expeditione contra Syros suscepta, Achab Israelitarum, & Josophat Judæorum regis habitum mutarunt. Metuebatur enim Achab Michea propheta vitium, & sciebat, Syros sibi infensissimos esse, eaque propter Josophat potius, quam sibi periculum imminere volebat. Cæterum cum Josophat, tanquam Achab urgeret Syri (Achab enim privati habitum sumpturæ) ex elamore errorum suum agnoscentes, eum persequi desiderarent. Achab sagitta fortuito ictus occubuit. *3. Reg. 22.*

Græcis ad Trojam proficiscentibus, cùm Thebis prævidere, Achillem filium ibidem interfecitum iri, cum ex antro Chironis dormientem rapuit, & puellaribus tunicis indutum, præmoniumque, ne se masculum curium proderet, inter filias Lycomedes regis occultit. Quarum unam Deidamiam gravidam fecit, Pyrrhumque, ex ea suscepit. Verum cùm Græci oraculo didicissent, Trojam sine Achille capi non posse: missus est Ulysses, ut Græcorum omnium astutissimus, ad explorandam rei veritatem: quoniam jam facti suspicio, & rumor ferebatur. Ur ergo proderet Achillem mercatores habitu, fusos, acus, monilia, & cætera id genus, quæ puellam decent, cum arcu, & sagittis in gynæceum intravit. Ibi tum Achilles puellaribus instrumentis contemptis, arrepto arcu vires suas, & sexum prodidit. *Statius l. 4. & Ovid. lib. 4. de Arte.*  
*Turpe, nisi hoc matris precibus tribuisset Achilles, Veste virum longa dissimulatus erat.*

THEOPOMPUS rex Spartanorum captus, & permutato cum uxore habitu, ex custodia venit ut mulier. *Quintil. lib. 2. Inst.*

PARISADES rex Ponti, aliam vestem habere solebat, cum militum inspectionem faceret: aliam, cùm periculum adversus hostes subiret: in alia, si quando fugam tempus postularat, fugiebat. Nam ordines instruens, ab omnibus cognoscit: periculis, nemini hostium notus esse: fugiens autem, neque suos, neque hostes, circè, quis esset, voluit. *Polyæn. l. 7.*  
Fridericus Barbarossa Imperator ex Italia fugit in Burgundiam, equis non habitu, ne agnosceretur ab hostibus. *Hædico in Chron. Germ.*

**Salutis aliene.**

TEPOLEMO ad Trojam occiso, uxor Polyxo mortem mariti in Helena ulcisci volens, cum eam cum Menelao ad Rhodum appellere audivisset, cum Rhodiis universis viris, & mulieribus ferentibus ignem, & lapides, ad naves impetum fecit. At cùm Menelao ob ventorum asperitatem Helenam in cavam quercum abscondisset, ornamentis verò ejus, & diademate Famulam omnium formosissimam exornasset: illi credentes Helenam esse, lapidibus, & igni eam

injeçtis interficiunt, & re quasi bene confecta domum redeunt. *Polyæn. l. 1.*

**Mortis propria.**

Rex Atheniensium Codrus, cùm ingenti hostium exercitu Attica regio debilitata ferro, ignique vastaretur, diffidentia humani auxilii ad Apollinis Delphici oraculum confugit: perque legatos sciscitatus est, quoniam illud tam grave bellum discuti possit? Respondit Deus: ita illi finem fore, si ipse hostili manu occidisset. Quòd quidem non solum totis Atheniensium castris, sed etiam contrariis peterebunt, eoque factum est, ut ediceretur, ne quis Codri corpus vulneraret. Id postquam cognovit, depositis insignibus imperii, familiarum cultum induit, ac palantium hostium globo sese obicit, unumque ex his falce percussit, in eadem suam compulit. Cujus interitu, ne Athenæ occiderent, effectum est. *Val. lib. 5. cap. 6.*

**Insidiandi aliis.**

ULYSSES post everisionem Trojæ, cæteris Græcis patriam repetentibus, post longos errores tandem in Ithacam, ab Alcino rege Phæacum nave donata, veniens, mendici habitum domum suam ingressus, à nemine cognitus est. *Homerus in Odyssea.*

Cephalenia regnum gessit filius Pronæsi, homo summæ inclementia, qui non ultra duo festa suis concessit, neque plus decem in mense diebus in urbe convivium agitare, omnique virgines ante nubuntium ipse cognovit. Eum Antenor, arrepto ense, muliebribus vestimentis amictus, in lecto trucidavit. Quem ob eam causam populus summis honoribus ornavit, atque ducem elegit: & puella, cujus nomine ipse fuerat ingressus, ad magnam gloriam, dignitatemque pervenit. *Heracles in Politiis.*

ATMENODORUS Augusti Cæsaris amicus, cùm ad monere ipsum vellet, ut ab insidiatoribus sibi caveret, muliebri ornatu in cubiculo Cæsaris, in lectica pro muliere vetus est. Cùm ad eum Cæsar accessisset, tenens pugionem Athenodorus in manu, de lectica prostravit, atque Cæsarem in hæc verba increpavit: Annon times Cæsar, ne te aliquis eodem modo ingressus interficiat? Cui Augustus non tantum non iratus fuit, sed ingentes gratias etiam egit. *Dian. in Augusto.*

**Imperti.**

Semiramis Assyriorum regina, cùm certo intelligeret, grave esse populo feminam pati principatum, mortuo marito virum mentita est: ut tantisper imperator, dum filius Ninus adoleveret, regnoque serec idoneus. *Fustin. l. 1. Diod. l. 3. Sab. l. 1. Ennead. 1.*

**VESTIMENTORUM USUS NULLUS.**

**IN GENERE, QUI NUDI DEGUNT.**

Baleares insulæ duæ contra Hispaniam partim inter se distantes, quas Græci ab eo, quòd estate ibi intolæ nudis agerent corporibus, Gymneas appellarunt. Sunt & Baleares dictæ. Dubium à telli missu, quia fundæ usus apud eos esset frequens, & ut quidam tradunt, ipsius etiam gentis inventum: an à Balco Herculis comite ibi relicto, cùm Hercules ad Geryonem navigaret. *Sab. l. 1. Ennead. 6.*  
Javæ insulæ Indorum incolæ nullum integumentum in capite gerunt. Indignum enim hominis præstantia censent, hominis principatum, quem in capite constituunt, aliquo velamento quasi rem probrosam tegere. *Oforius.*

Gymnites Ethiopiæ populi nudi degunt. Britanni reliqua parte corporis nudi, ventrem, & cervicem ferro cingebant. *Alex. l. 5. c. 10.*

HERCULEM Alcmenæ filium Nemeæ leonis amictum exuviis, cætera nuda egisse, vetus Græcia fabulata est. Italia quoque Græcos imitata, id unum regumetis genus illi assignat: nec (ut videre est) in uno Hercule figurando id faciunt, sed in cæteris quoque heroibus. At Nesti tunica, quæ ille consumptus est, & Homeri carmen deus, qui ad Trojam militavit, receptæ opinionis fidem elevat. *Sabell. lib. 2. c. 8. Exemplorum.*

**De Brasiliensibus diximus Tit. de Usu supra.**

**\* VESTES EPULARES, SIVE COENATORIE.**

Veterum consuetudo erat, ut ad convivia accessuri vestibus quibusdam peculiaribus uterentur, iisque splendidioribus, quas vel domi haberent ipsi, vel foris acciperent ab amicis. A Græcis vocabantur *ἐπιθυμια δεσποια*, & *σολαι δεσποια*, à Latinis accubitoria, & cenatoria.